

## Prologi Sententiarum.

ciam, vel quid cogitabo, vel appetam pro tali hora. Et hujusmodi via efficaciam ex miraculis innuit Salvator Iesus. Opera, qua ego facio, ipsa testimonium perhibent de me, si mihi non vultis credere, operibus jaltem credite.

Nomo quoque loco potest adduci testimonium eorum, qui foris sunt. Josephus in lib. 18. cap. 9. Antiquitatum pulcherrimum testimonium posuit de Christo, ubi inter alia de Jesu ait: *Christus hic erat, ubi eius veram doctrinam, & resurrectionem ex mortuis confitetur.* Item, de Prophetia Sibyllae nota illud in lib. 18. cap. 3. *Iesus Christus Dei Filius Salvator.* Item, contra Epistolam Fundamenta, nota quomodo singuli Hæretici de Catholicis inquisiti, non ad suos mittunt, sed ad veros Catholicos, quia etiam illi soli ab omnibus etiam Hæreticis Catholicorum non minentur.

Dicimus, & ultimo potest adduci, quod Deus non deest querentibus toto corde salutem: multi autem diligenterissimi inquirentes salutem ad hanc secundum conversi sunt: & quanto ferventes facti sunt in inquirendo tanto in hac lecta amplius confirmati subitoque ea in pacientes de malitia ad bovam vitam mutati sunt, tormenta quoque pro ea plures in magna exultatione spiritu perpelli sunt; que non videnter probabili, nisi Deus hanc lectam factam Scriptura innitentem irrefragabiter approbat, & ordinat ad salutem.

Habito igitur contra Hæreticos, quod doctrina Canonica est vera, vindendum est secundo, an sit necessaria, & sufficiens viatori ad consequendum finem suum. Dico igitur quod ita tradit, quod sit finis hominis in particulari: quia visio, & fructus Dei, & hoc quantum ad circumstantias eius appetibilis; puta quod ipsa haberet post resurrectionem ad hominem immortalis, & in corpore, & in anima similis fine fine. Ipsa etiam determinat que sunt necessaria ad finem, & quod illa sufficiat: quia decima mandata Marti, *Si vis ad vitam ingredi serua mandas;* de quibus habetur in Exod. (a). Horum etiam explicatio, & quantum ad credenda, & quantum ad speranda, & quantum ad operanda explicatur ex diversis locis Scriptura. Proprietates quoque substantiarum immaterialium in ea traducuntur, quantum possibile est, & utile viatori nostre. Ita ergo conferendo ad tres rationes, quibus innititur solutio questionis praecedentis, patet, quod facta Scriptura sufficiens continet doctrinam necessariam viatori. Ad primum argumentum principale (b); ad minorem respondeo, quod lex naturae paucioribus fuit contenta, que memorialiter ad filios per patres devenerunt. Illi etiam homines magis erant prediti in naturalibus, & ideo modica doctrina inspirata potuit eis sufficere. Vel aliter ad illud, & ad aliud de lege Moysi, potest dici, quod ordinatus processus Scriptura ostendit ejus doctrinam secundum August. 83; questionem quæst. 53. Ad secundum dico, quod dulcissimus capitul. & quod late sub aliqua sententia literali, quam si esset expressa dictum: & ideo ad definitionem conferunt illa, que expressa sunt in novo Testamento sub figura

a. Exod. 20. 23. b. 15. In lege naturæ, quare modica doctrina inspirata fuit. Pedagogum, id est, legem per famulum suum, & magisterium id est, Evangeliolum per unicum suum. Ad tertium.

## Quæstio Tertia.

ta velata fuisse in veteri. Hoc quoad extremitas; sed quoad historias, in quibus exempla sunt legis declarativa, similiter ex toto processu Scripturæ pars ordinata Dei gubernatio respectu hominis, & totius creaturae. Ad tertium. Origenes in homilia de Arca Noe dicit: *Nullo scientia omnia scientia explicavit, sed illa, ex quibus possunt alia sufficienter elicī.* Unde multa veritates necessariae non exprimuntur in Scriptura, est ibi virtus, ter contineantur hec conclusiones in principiis, circa quā investigatio nema utilis fuit labor expicatorum, & Doctrinæ. Et si obicias (a) multa in actibus humanis sunt dubia, utrum sint peccata mortalia, etiam suppositionis omnibus doctrinæ Doctrinæ, & expicatorum; Respondeo, auctor et dubia via falsius simpliciter, quia à calibus tanquam à periculois debet homo fieri cavere, & custodire se non homo, dum se exponit periculio, incidit in peccatum. Quod si nolueris quarete salutem, sed non curando exponat se periculo, ubi fonte de genere auctus non est peccatum mortale, tamen peccabit mortaliter se tali periculo exponendo.

## Q U A E S T I O III.

*Virum Theologia sit de Deo tanquam de subiecto primo?*

Q UOD non, arguitur duabus viis. Prima, est ostendere istam negativam in se, que probatur primo per auctoritatem Boetii primo de Trin. *Forma,* inquit, *simplex subjectum esse non potest.* Item, secundo, materia non coincidit cum aliis causis, neque in idem numero, neque in idem specie, ex secundo *Physicorum* (b): Deus autem est finis hujus scientie, & efficiens (c): non igitur materia. Item, tertio, ex primo *Posteriori,* subiectum scientie habet partes, principia, & palliones: Deus autem non habet partes integrales, cum sit simplex; neque partes subjectivas, cum sit singulariter ex se: neque habet principia, cum sit primum principium; neque passiones, quia passio inest subiecto, ita quod est extra eis elementum: nihil autem sic inest Deo. Secunda via est ostendere, quod aliud est hic subiectum: non ergo illud. Antecedens probatur multipliciter. Primo per Augustinum de doctrina Christiana lib. cap. 1. *Onnis doctrina vel rerum est, vel signorum:* igitur res, vel signa, sunt subiectum. Item, secundo, Scriptura habet quatuor sensus, scilicet Analogicum, Tropologicum, Allegoricum, & Literalē; sed cuiilibet sensu correspondet aliquod subiectum primum, sicut alijs scientie habent unum sensum correspondet subiectum secundum: illum sensum: igitur hic sunt quatuor subiecta. Item, tertio, quod homo sit subiectum, prohægat auctoritate Commentatoris (d). Ethic. in *Prædicto*; quia secundum eum, scientia Moralis est de homine, quoad animam, Medicinalis est de homine, quoad corpus. Ex hoc ergo accipitur illa propositione, quod omnis scientia Practica habet pro subiecto primo illud, cui accipiuntur finis practicæ, & non ipsum invenimus: finis autem istius scientie ac qui-

b. *Tra* com. 1. 3. c. *Scot.* 2. *Physic.* q. 7. d. *Eustratij,* quem Doctor se allegat in moral.

quicunque homini, & non Deo: ergo &c. Item aliter, ( & quia in idem reddit: ) finis scientie est per actum suum attingere objectum primum Inducendo in ipsum formam principalipter intentam à scientia, puta in speculatoria inducere in illud esse cognitionem, quia cognitione ibi intenditur; & in practica inducere formam, ad quam ordinatur ejus praxis, finis autem hic intentus est bonitas moralis, quia non intendetur induci in Deo, sed in homine: igitur homo est objectum primum ejus. Contra, Aug. 8. de Civitate Dei cap. 1. Theologia est sermo vel ratio de Deo,

## QUESTIO I. LATERALIS.

*Utrum Theologia sit de Deo sub aliqua ratione speciali?*

**Q**uod sic, arguitur; Hugo de Sacramentis in principio vult, quod opera restauracionis, sicut hic subiectum: ergo, si Deus est hic subiectum, hoc erit sub aliqua ratione, feliciter inquantum restaurator. Item, Cassiodorus super Psalmum vult, quod Christus caput cum membris est hic subiectum: igitur specialiter ut incarnatus, & caput Ecclesie erit hic subiectum. Item, Deus absoluto est subiectum Metaphysicæ: igitur si hic est subiectum, hoc erit sub aliqua ratione speciali. Consequentia probatur: quia non sub eadem ratione omnino, sic & ibi est subiectum. Antecedens probatur per Philosophum 6. Metaph. (a): Honorabilissimam scientiam eportet esse circa nobilissimum genus; illa, secundum ipsum, est hujusmodi, hoc etiam confirmatur, quia ibi vocata Metaphysicæ Theologiam. Item, Commentator primo Physicorum commenito ultimo dicit, quod Avic. multum peccavit, posuendo Metaphysicam probare primam causam esse, cum genus substantiarum separatarum sit ibi subiectum, & multa scientia, probat ipsum subiectum esse; Ratio autem non valeret, nisi intelligeret, quod ipsa esset ibi primum subiectum: ergo, &c. Item, illa scientia est honorabilissima: ergo est de honorabilissimo subiecto sub ratione honorabilissima; hujusmodi autem ratio est ratio boni, & boni; de fine autem probatur per Avic. 6. Metaph. (b) dicentes: Si scientia est de omnibus causa, illa, que est de fine, est nobilissima. Ex hoc concludetur de bono, quia se cunctis Philos. 2. Metaph. qui ponit infinitatem in finibus, destruit naturam boni, quia destruit naturam boni: ex hoc ergo accipitur quod ratio boni est rationis finis. Contra (c): cognitione contraria presupponit cognitionem absolutam: & absolute est certior, ex 1. Metaph., si ergo ista est de Deo sub aliqua ratione speciali, alia est priori & certior de Deo absolute: tali non ponitur: ergo, &c.

## QUE-

a Text. cap. 2. b Cap. ult. tex. cap. 8. c In Profl. Idem 1. Post. text. 39.

## QUÆSTIO II. LATERALIS.

*Utrum ista scientia sit de omnibus ex attributione ipsorum ad primum eorum subiectum.*

**Q**uod sic, 4. Metaph. Eadem est scientia de aliquo, & de attributis ad ipsum (& exemplaribz ibi de fano) sed omnia alia attributum essentialiter ad subiectum primum hujus: ergo, &c. Contra, Aug. 14. de Trinit. cap. 1. Neque huius scientia tribundendum est, &c.

Circa solutionem istarum questionum, sic procedo. Primo, distinguo de Theologia in se, & de Theologia in nobis. Secundo, a signabo rationem primi subiecti. Tertio, distinguam de Theologia quantum ad partes eius.

De primo dico, quod cognitione qualibet in se, est illa, quae nata est haberi de objecto ejus, secundum quod natum est manifestare se intellectu proportionato. Cognitione autem eadem in nobis, est illa, quae nata est haberi in intellectu nostro de objecto illo intellectu. Theologia ergo in se talis est cognitione, qualis natum est facere objectum Theologicum in intellectu nisi proportionato. Theologia vero in nobis, talis est cognitione, qualis intellectus nostri natus est haberi de illo objecto. Exemplum, si aliquis intellectus non posset intelligere Geometricalia, posset autem aliqui credere de Geometricalibus, Geometria est sibi fidet, non scientia: estet tamen in se scientia, quia objectum Geometria nata est facere de se scientiam in intellectu proportionato.

De Secundo dico, quod ratio primi subiecti est continere in se primo virtualiter unae veritates illius habitus, cuius est. Quod probo, primo sic: quia objectum primum continent propositiones immediatas: quia subiectum illarum continet predicationem, & ita evidenter totius propositiones: propositiones autem immediatas continent conclusiones: ergo subiectum propositum immediatarum, continet omnes veritates illius habitus. Probbo idem secundo (d), quia primis hic accipitur ex primo Posteriorum ex distinctione Universali, secundum quod dicit adaequationem: & objectum autem se habet ad habitum, sicut causa ad effectum: non est enim causa adaequata, nisi continet primo virtualiter totum effectum ergo, &c. Expono quod dixi (primo virtualiter) quia sicut illud est primum ens, quod non dependet ab alio, sed alia ab illo: ita primo conuenire est, ab aliis non dependere in contingenio, sed alia ab ipso, hoc est, quod per impossibile circumscriptio omni alio, manente intellectu ejus, adhuc conteretur, & nihil aliud continet, nisi per rationem ejus.

Nota (b), quod qualibet essentia cognita habet virtualiter, continet virtualiter primo notitiam, omnium veritatum illius habitus: & habitet ille, qui dicitur scientia, est species intelligibilis primi objecti: & illa recipit primo veritates immediatas, & mediatas non formaliter, sed ex consequenti: & sicut objectum adaequatum formaliter, est quidam

a T. c. 14. & 15. b Additio.

## Prologi Sententiariarum.

ditas, cuius est species. Quid igitur m̄jstrum, si primum objectum, ut cognitio continet notitiam illorum, ad quā consideranda, tua species intelligibilis mediatis movere? Immo, idem est species. A. contineat primum virtualiter notitiam. B. & C. A. ut cognitum habuissat, considerare. B., quid etsi species intelligibilis ipsius. A. in memoria posse generare notitiam. B. in intelligentia. Secundum hoc igitur, sicut est objectum primum intellectus, & Scientia. Et tunc primum objectum non distinguunt illas, sed proximam, quod est verum immediatum, & verum medium: C. illud primum objectum utriusque ordine quodam se habet ad objecta proxima: C. habitus ipsorum, secundum hoc, impossibile est ut iuri habitus Scientiae, nisi prius natura, & simul tempore, tenendo habitus intellectus, quia numquam speciem sciendi, nisi considerando hoc, ut verum, evidenter mihi preter aliud verum. Vel igitur sunt idem habitus, & prius uero illo circa illud objectum, ad quod prius inclinat: Immo secundum Henric. Quol. 9. Ambo sunt idem illi habitus, qui est quidditatis primi objecti Simplicit̄, quem habitum intendit vocari Scientiam apud Arist. In divisione scientiarum, vel sunt multi ibi. Immo quodditatis verum habet proprium habitum; & principaliter praeter hoc, est habitus quidditatis, vel quidditatis primi objecti, quem dicit species intelligibilis. Et illi includit omnes veritatis virtualiter. Et tunc uentur posterius, semper operis simul uti omnibus prioribus. Nonnihil igitur ad multos actus, vel unum comparans habet proprium adhuc circa utrumque comparandum: C. praeferre hoc, actum comparandi? Et ad illum maxime discurrendo, ponatur proprius habitus, quo inclinari demonstrari. C. inferre huc ex hoc: ad quae extrema habeo duos habitus. Quare Quol. 6. P. & Hen. Si proponetur plurimas, paucitas est preludium.

Couta illud arguit duplicitatem, primo sic. Sicut se habet objectum primum potentie ad potentiam, objectum primum habitus, se habet ad habitum; sed objectum primum potentie est aliquod commune ad omnia per se objecta illius potentie: ergo primum objectum habitus est aliquid commune ad omnia per se objecta ejus, & non aliquid virtualiter continens alia. Item, secundo: quia in scientiis assignatur communiter pro subiecto primo, aliquid quod est commune ad omnia illa, qua considerantur in illa scientia: sicut in Geometria linea, in Arithmetica numerus, in Metaphysica ens. Ad primum respondeo, quod proportionem objecti ad potentiam est proportionem motivū ad inobile, vel activi ad passivū (a). Proportionē subiecti ad habitum est hec proportionē causae ad effectum: quandocunq; autem aliquid agens agit in aliquid passivo, potest quoddlibet agens ejusdem rationis in quoddlibet passivo ejusdem rationis agere: ergo prima extrema proportionis activi ad passivū sunt communia ad omnia per se extrema illius proportionis. Nam inter illa communissima, est adequatio, quia in quoconque eis ratio unitus, illud respicit quoddlibet, in quo est ratio alterius: sed prima extrema proportionis causa ad effectum non sunt communissima, quia inter illa non est adequatio. Non enim sequi-

a Hec maxima Schol. habebut ab eod, in 1. d. 3. q. 3. C. in 2. d. 9. C. in 3. d. 13. C. in 4. d. 13. Vide hic Leuch. cons. Greg. C. Occam.

## Quæstio Tertia.

sequitur, si commune potest causare habitum, quod speciale possit, & e converso. Non enim quodam contentum sub illi communia, respicit habitum illum, ut effectum eius: sed tantum aliquod primum objectum contentum, quod virtualiter continet omnia, ad quæ habitus se extendet. Ad secundum dico, quod multorum habituum specie differentium potest esse aliquod objectum commune, sicut ab objectis eorum porectabilitati objectum commune, & hoc modo in scientiis assignatur objectum commune, à quo non est habitus unus secundum speciem, sed tandem secundum genus.

De tertio dico (a), quod Theologia essentialiter non tantum continet necessaria, sed etiam contingua. Quod pater, quia omnes veritates de Deo, sive ut trino, sive de aliis persona divina, ut comparetur ad intra, sunt necessaria: ut quod Deus est trinus, & quod Filius dicitur generari a Patre, & huiusmodi. Illa vero, in quibus comparatur ad extra, sunt contingentes (b), ut quod Deus creat, & quod Filius est incarnatus, & huiusmodi. Omnes autem veritates de Deo ut trinus, sive de persona determinata, sunt Theologicae. Similiter veritates contingentes, quia ad nullam cognitionem naturalem spectant: ita quod primæ partes integræ Theologie sunt duas, scilicet veritates necessariae, & veritates contingentes.

Ex diis patet responso ad primam questionem. Et primo loquendo de Theologia in se quantum ad veritates necessarias ipsius, dico: quod primum subjectum Theologia in se, non potest esse, nisi Deus, quod probo per tres rationes. Prima accipitur ex ratione primi objecti, & argumento. Primum objectum continet virtualiter omnes veritates illius habitus, cujus est primum objectum: sed nihil continet virtualiter omnes veritates Theologicas, nisi Deus: ergo, &c. Probatio minoris: nihil aliud continet eas ut causa, sive ut illud ad quod habeant attributionem, nisi Deus, quia Deus nulli attributior: nec aliud continet eas, ut effectus demonstrationis quia. Nam nullus effectus demonstrat Deum trinum, qui est postrema veritas Theologica, & similia. Secundo sic, Theologia est de his, que sunt soli intellectui divino naturaliter cognoscendae: ergo est de aliquo foli Deo naturaliter nota: sed folis Deus est sibi foli naturaliter notus: ergo, &c. Probatio primi, scilicet antecedentis: Si illa scientia est de aliisque aliis aliis intellectu naturaliter notis, ergo prater illa aliqua aliis sunt cognoscibilia naturaliter foli intellectui divino: quia infinitus est, & ideo plurimi cognoscitivus, quam intellectus finitus: igitur adhuc illa scientia est superior, quam ista, que est de naturaliter notis intellectui creato. Probatio minoris: quia omnis essentia creatura, aliqui intellectui creato potest esse naturaliter nota. Tertio sic: in nulla scientia traditur ita distincta cognitio de aliquo alio, quod non est subiectum eius primum, sicut traditur in illa, quae est de illo, ut de subiecto eius primum: quia in nulla scientia traditur ita distincta cognitio de non per se subiecto, sicut de per se subiecto: tunc enim non est essentia, quare illud subiectum est magis subiectum ejus, quia aliud: igitur

a Veritates theologicae quodam necessarie ut ad intra quodam contingentes, ut ad extra. b Due sunt partes integræ Theologie.

si Deus non sit hic subiectum , tunc non tradire ita distincta cognitio de Deo , sicut traheretur de eo in aliqua alia ; in qua posset esse subiectum : sed potest esse subiectum in alia scientia : igitur illa potest esse prior ita . Præter autem istas tres rationes , sunt aliisque persuasions . Prima talis est : Theologia secundum Aug. 13. de Trin. cap. 19. pro aliqua parte fui , est sapientia ; pro aliqua parte fui , est sciencia . Si autem efficitur tamen de aliquo non eterno formaliter , de illo est formaliter scientia , & non sapientia aliquo modo : quia nec ex primo subiecto , nec ex attributione ; quia eterna non attributur temporalibus . Secunda persuasio , quia superior portio rationis habet aliquam pœnitentiam propriam sibi correspondente : illa autem ( si est de subiecto non eterno , ut de primo subiecto , cum eternum non attributur ad non eternum ) sequitur , quod nullo modo est de eternis : & ita nullo modo perficit portionem superiorem rationis , & ita est aliquid habens intellectus omnino nobilior isto , pertinens istam portionem , quod est inconveniens . Tertia persuasio est : quia secundum beatum Aug. 14. de Trin. cap. 1. 3<sup>o</sup> ( a ) , ita scientia est de illis , quibus fides dignatur , defendatur , & corroboratur : ergo est de illo eodem subiecto , quod est primum subiectum fidai ( b ) : sed fides est de veritate prima : ergo . Quarta persuasio est , quia nobilissima scientia est circa nobilissimum genus : ex 6. Metaphysic. ( c ) *Primo de anima* ( d ) : hac autem concidetur nobilissimum : ergo oportet , quod sit de Deo , ut de subiecto .

Ex his dictis respondeo ad secundam questionem . Ad intellectum cuius ponio exemplum . Homo intelligitur , ut animal rationale , ut substantia , ut manifuctum natura , ut nobilissimum animalium . *Primo* intellectu intelligitur secundum rationem quidditativam propriam , in secundo in communis : in tertio per accidens , id est in propria passione : in quarto in respectu ad aliud . Sed perscrutina notitia de homine non potest esse in respectu ad aliud , quia illa presupponit notitiam absoluti : nec de homine sub ratione passionis , quia notitia passioi presupponit notitiam subiecti : nec de homine in universalis , quia illa est confusa : ergo nobilissima cognitio de homine est secundum rationem quidditativam . Ita etiam posset ponи aliqua scientia de Deo sub ratione resp. est ad extra , ut aliqui ponunt sub ratione reparatori , vel gubernatori , vel capituli Ecclesie . Vel posset ponи de Deo sub aliqua ratione attributabili , que est quasi patro , sicut aliqui ponunt de Hac scientiam esse sub ratione boni . Vel posset ponи de Deo sub ratione communis , & universalis , ut ens vel exitus infiniti , vel necesse esse , vel aliquis talis .

Contra illas omnes positiones arguitur : *Primo* arguitur contra istam rationem communis . Nullus conceptus communis de Deo continet virtualiter omnes veritates propriæ Theologicas pertinentes ad plurimatatem personarum . Nam si est cum illi conceptus communis naturaliter concepitur a nobis : ergo propositiones immediate de illis conceptibus possent a nobis naturaliter concepi , vel intelligi : & per illas propositiones immediatas possemus scire conclusiones , & ita totam Theologiam

giam

a. De ueraque portione agit. 2. d. 24. T 3. d. 15. b. De objecto fidei 3. d. 23. c. Lexi. 1. d. Text. 2.

giam naturaliter acquirent . *Secundo* , quia ex quo conceptus communes , non sunt soli Deo naturaliter noti : ergo nec veritates includent in illis communibus , conceperitis de quibus est Theologia : ergo si est de Deo sub ratione tali communis , non est soli Deo naturaliter nota , cuius oppositum ostensum est in prima questione .

Contra alias positiones de ratione attributabili posset argui per casdem rationes . Sed adhuc arguo per alias speciales . *Primo* , quia cognitio ejus quod quid est , est perfectissima , ut dicit Philosoph. 7. Met . ergo cognitio illius essentiae est perfectior cognitionis , quam cognitionis proprietas attributabili , quae se habet , quasi patro hujus naturæ , secundum Dam. lib. 1. c. 3 . *Secondo* , quia si le proprieties realiter different ab essentiis , essentia illarum habent causa ipsorum : ergo siccum different rationes , ita essentia de sua ratione habet rationem incausatam : illa autem , sicut per identitatem cum essentia sunt incausatae : non tamen secundum suam rationem formaliter primo includit incausationem sui . *Tertio* , quia illud secundum suam propriam rationem videtur esse actualius in se , cui magis repugnat communis notitia ad plura ad extra , sed essentia reponit communicaibilias ad plura ad extra , & nulli proprietati attributabili , nisi quarens est illius essentia , vel idem illi essentia , in quantum infinite . Si vero dicatur , quod qualibet proprietatis est infinita , & ideo incommunicabilis propter infinitatem : *Contra* , infinitas illa est in eis properiter identitatem eam cum essentia , sicut ex radice , & fundamento omnis perfectionis inveniatur . *Contra* viam etiam de respectibus ad extra , potest argui , sicut contra alias duas vias . *Sed facio rationes speciales . Primo* , quia respectus ad extra est respectus rationis , sed scientia non considerat subiectum suum sub ratione reali , non est realis , sicut nec Logica est realis , licet consideret de rebus , ut eis attribuuntur intentiones secundae : ergo Theologia non est realis . *Secundo* , quia absolutum , & respectuum non faciunt aliquem unum conceptum per se : ergo conceptus aggregatus illa duo in eis conceptus unus per accidens , nulla autem scientia prima est de conceptu uno per accidens : quia talis presupponit scientiam de utraque parte ; & ideo si scientia subalternata sit de aliquo uno per accidens , presupponit duas tractantes de partibus illius totius , separatis : Si igitur Theologia est de tali uno per accidens , posset esse alia prior etiam quae est de conceptu uno per se . *Tertio* , nullus respectus ad extra videtur Deo necessario convenire : ergo nihil Theologicum necessario conveniret Deo , ut est subiectum Theologiae . Probatio consequentia , quod convenit alicui sub ratione non sibi necessarii inherentes , non convenit illi necessario : sed respectus ad extra est hujusmodi : ergo , & ita nulla veritas Theologica necessaria est . *Et hoc conclusio probant per primam , & secundam rationes positas ad primam questionem , scilicet de ratione primi objecti , & de notis soli Deo naturaliter . Concedo igitur quartum membrum , scilicet quod Theologia est de Deo sub ratione , quia illa haec essentia : sicut perfectissima scientia est de homine , si est secundum quod homo , non autem sub aliqua ratione universalis , vel accidentalis .*

*Ad priam questionem de Theologia nostra dico , quod quando habitus est in aliquo intellectu habens evidenter ex objecto , tunc primum*

objecsum illius habitus, ut est illius, non tantum continet virtualiter illius habitum, sed ut notum illi intellectu, continet ipsum habitum; ita quod notitia objecti in illi intellectu continet evidentiam habitus, ut in illo intellectu: quia intellectus cognoscens eam objectum, potest elicere omnem conclusionem hujus habitus. In habitu vero non habente evidentiā ex objecto, sed causaram aliunde, quam ab objecto nota, non operari dat primum objectum ejus habentem duas dictas conditiones, immo neutrā oportet dare, quia perinde est habitus, ut in hoc, ac si esset de contingentibus, que neutro modo habet objectum primum. Tali ergo habitus non evidetur ex objecto datur subjectum primum, de quo primo noto, id est, perfectissimo primo, id est, immediate cognoscitur prima veritatis habitus illius. Theologia autem nostra est habitus non habens evidentiā ex objecto, quam illa, que est in nobis de Theologis necessaria, non magis ut in nobis habet evidentiā ex objecto cognito, quam illa, que est de contingentibus: ergo Theologia nostra, ut nostra est, non oportet dari objectum primum nisi primū notum; de quo noto immediatē cognoscitur prima veritas. Illud primum notum est ens infinitum, quia illa est conceptus perfectissimus, quem possimus habere de illo, quod est in se primum subiectum quod tamen neutrum praedictarum conditionum habet: quia non continet habitum nostrum virtualiter in se, nec multo magis, ut nobis notum, continet ipsum habitum; tamen quia Theologia nostra de necessariis est de eisdem, de quibus est Theologia in se, ideo tibi affiguratur subiectum primum, quod hoc, quod est veritatis contumelie in se, et hoc idem est subiectum Theologiae nostra, quod est primum subiectum Theologiae in se: sed quia illud non est nobis evidens, ideo non continet illud, ut nobis notum, non est illud nobis notum.

Sic argui: ergo non est primum objectum nostri habitus. Respondeo: verum est, non est primum subiectum dans evidentiā: sed subiectum primum continens omnes veritatis notum datus evidentiā, si ipsum cognoscetur. Et hac dicta sunt ad duas questiones de Theologia necessariis.

NUNC autem videtur enim est de veritatis contingentibus Theologis, quid sit primum subiectum Theologiae. Et quod illas dico, quod nullum subiectum virtualiter continet veritatis, nisi necessariis de ipso: quia ad contingentes de ipso qualiter se habet ex se, & ad oppositas. Tamen contingentium est ordo, quia aliqua est prima vera contingens, & ita subiectum primum multarum veritatis contingentium, potest ponii illud, de quo primo, id est immediatē, dicitur praedicatum prima contingentis, que est quasi primum principium in ordine contingentium, vel praedicatum plurim primum contingentium, si plures sunt primae. Dicitur autem primum subiectum prima veritatis contingentis, quod videntur ut tale, natum est primo videri conjungi cum praedicato illo, quia primum notum in contingentibus, non est nisi per inductionem extremonem: ergo primum intibile, & cui insit primum praedicatum prima veritatis contingentis, est primum subiectum omnium veritatis contingentium ordinatur. Ex his ad propositionem dico, quod essentia divina est primum subiectum Theologiae contingentis, & hoc modo summa, quo predictum est, ipsam esse subiectum primum Theologiae necessariae: & hoc tam hu-

ius Theologiae contingentis in se, quam ut est in intellectu divino, & hec totius igitur Theologiae in se, & Dei & beatorum, primum subiectum est essentia divina, ut hoc, cuius visio à beatis, est sicut in Metaphysica cognitio entis: & ideo beatis visio non est Theologia, sed est quasi perfecta in eorum apprehensione subiecti, precedens naturalem scientiam Theologiae. Subiectum vero Theologiae nostra contingentis videtur idem subiectum primum, quod & necessaria, & hoc modo supra exposito: quia non ut continuos virtualiter in se habitum, etiamque intuitivē videatur: sed ut cognoscibile à nobis proximum illi, cui intuitivē notum est prædicatum prima contingentis evidenter in eis. Contra, videtur quod Verbum fit subiectum adequatem Theologiae contingentium, tam illius contingentis in se, quam ut est in intellectu divino: quia est primum subiectum omnium articulorum reparacionis nostrae. Respondo, aliquod contingens potest primo dei de Verbo, & aliquod de Spiritu sancto, & aliquod de Deo trino, ut creare: erunt igitur personae quasi partes subiecti, sicut etiam aliqua necessaria sunt primo vera de divisione personarum.

Ex prædictis appareat improbatum illius opinionis, que ponit Christum esse primum subiectum, quia tunc veritates necessariae de Patre, & Spiritu sancto non sunt Theologis, puta, Pater generat, Spiritus sanctus procedit nec veritates contingentes de eis, puta, Pater creat per Filium, Spiritus sanctus temporaliter missus est visibiliter, & invisibiliter: nec veritates necessariae de Deo trino, ut quod est omnipotens, immensus: nec contingentes, ut Deus creatus, gubernat mundum, remittit peccata & puniit peccata. Et hujusmodi conseqüenziae omnes probantur: quia ad nullam scientiam per se pertinet aliqua veritas, nisi sit de subiecto primo, vel de eius parte subiectiva, vel integrali, vel de aliquo essentialiter ad subiectum attributo. Sed patet quod Pater, vel Spiritus sanctus, vel Trinitas non est Christus, nec pars aliqua aliquo discutitur modorum, nec attributum ad Christum essentialiter: tunc quia Christus cum dicat duas naturas, & hoc in quantum est subiectum, secundum ponentes illud, sequitur, quod ut habens naturam creatam, est essentialiter prior Pater, vel Spiritu sancto, vel Trinitate: quia essentialis attributio non est nisi ad essentialiter prius: cum quia Christus secundum divinitatem, etiam non habet aliquam talem prioritatem, secundum quam posset Pater, vel Trinitas ad Christum attribui. Contra istam etiam opinione sunt due rationes ultima posita super in solutione 1. quest. contra opinione respectu ad extra. Contra idem est prima ratio posita ad solutionem 1. quest. quia veritates necessariae de Patre, & de Spiritu sancto, & de Trinitate, impossibile est contineri virtualiter primo in Christo: quia si Verbum incarnatum non fuisset, illi veritates necessariae, nihil minus sufficiunt. Tertia etiam ibidem valeret ad hoc, quia non esset tradenda his aliqua notitia de Deo, nisi ut includeret in Christo, hoc est, ut de Verbo tantum: & ita non esset distinctissima notitia de Deo, que tradiri posset: igitur esse alia prior requirenda. Ad hoc etiam facilius aliquid persuadere ibi posita: quia ista unitas, quae est Christi, ut est supponit unum in duabus naturis, non est unitas eterna: istam autem oportet ponere, formaliter unitatem primi subiecti: ergo primum subiectum, ut primum,

non est aliquid aeternum. Illa etiam persuasio de fide videtur concludere, non enim est creditum, vel verum Theologicum, *bunc hominem esse crucifixum*, non implicando Verbum in subiecto, quia *bunc hominem in cruce potuerunt Iudei naturaliter videre*. Sed creditum est, & verum, Theologicum, *Verbum esse hominem de Virgine natum*: *Verbum esse hominem crucifixum*: *Verbum esse hominem resurgentem*; & sic de aliis articulis pertinentibus ad humanitatem. Pertinentes autem ad divinitatem, patet, quod non convenienter primo Christus, ut Christus est, sed aliqui alii personae, aliqui Trinitati: ergo objectum adaequatum Theologie non est Christus, sed aliquis quasi communis Verbo, & quo primo traduntur articuli pertinentes ad reparationem, & Patris, & Spiritus sancto, scilicet de quibus sunt aliisque Theologicae veritates. Videlicet igitur, dicendum, quod sicut si in Medicina corpus humanum sit primum subiectum, de quo consideratur ibi passio, ut sanitas, & infirmitas, si species corporis humani efficit corpus sic mixtum, & sic, puta corpus sanguineum, & corpus phlegmaticum, &c. hoc rotum, *corpus sanguineum factum*, non est primum subiectum; tum quia nimis particulares, tum quia includit passionem considerandam de subiecto, que non potest esse ratio subiecti: quia subiectum, ut subiectum, est prima natura passionis, & ita passio est prior seipso. Et breviter, quidquid diceretur de aliqua medicina tradita, feliciter, quod est de tali particulari, ut de ente per accidens, sicutem impossibile esset primam scientiam de corpore hominis esse de corpore hominis sanguineo sano; immo, si quis esset de ipso, alia posset esse prior, sive de corpore hominis in communione: quia ipsum in communione habet alias passiones cognoscibilis de ipso, per rationem communem, ut est prior inferioribus: sive de corpore sanguineo: cuius ratio est naturaliter prior corpore sanguineo sano: & ita ratio prior, continet virtualiter alias passiones de corpore hominis sanguineo sano, quia & eius ratio praedit corpus sanguineum sanum. Ita in proposito, Christus dicit, *Verbum hominem secundum Damasci lib. 3. (a)*, ante igitur notitiam que est de Christo, ut de primo subiecto, nata est alia, est prior de Verbo, si qua fibi insit per rationem, quia verbum: & ante istam, alia de Deo quantum ad illa que insint per rationem Dei, ut est communis tribus personis. Si igitur Theologiam tenet secundum se esse primam notitiam, ipsa non erit primo de Christo: & si aquae est de veritatis communione, & propriis tribus personis, ipsa non erit de aliqua persona, ut de subiecto adaequato, sed de Deo, ut est communis tribus personis. Et tunc salvabitur, quod omnis veritas Theologica, vel est de primo subiecto, puta, quia inest Deo per rationem Dei, vel quasi de parte subiecti: a primi subiecti, puta, quia est propria alicui persona, aut de aliquo, quod attribuitur ad subiectum primum, vel quasi parte subiecti, ut puta de creatura quantum ad respectum, quem habet ad Deum ut Deus, & de natura assumpta, quantum ad respectum, quem habet ad Verbum sufficiens.

ALITER: tamen ponitur (b), Christum esse subiectum primum secundum

a Cap. 2. § 6. b Quotupliciter Christus dicatur esse unus. de qua 3. c. 13.

dom Linco, in Exameron, & hoc ut Christus est unum triplici unitate; quorum prima est ad Patrem, & ad Spiritum sanctum: secunda, Verbi ad naturam aliumpram: tercia, Christi capituli ad membra. Et pro ista opinione Christo videtur esse prima ratio posita ad primam quest. & penultimam: quia septem articulos fidei pertinentes ad humanitatem, non continent Deus, ut subiectum, quia per naturam divinitatis non convenienter Deo, illius autem subiectum primo contineat passionem, per cuius formam passio sibi insit; Christus autem & illos continet, quia secundum humanitatem sibi insit: & propter hoc Christus continet realiter alios pertinentes ad Deitatem, quia secundum divinitatem illa dicuntur insit sibi. Item, subiecta partium doctrina debent continere sub subjecto totius, vel ut partes subiectae, vel ut quae integraliter non autem continetur sub Deo, sic subiecta partium Sacra Scriptura. Quod probatur per glossas multas in principiis librorum, & aliquantes causas materialias alias, quae non sunt aliquid Dei: Unde inper Oſcam dicit glossa, quod materia libri Oſcam est, decem tribus. Præterea in aliquo libro Scriptura nihil proprium de Deo narratur: quia nullum factum ibi narratur, ubi requiriatur ex parte Dei aliquod, nisi influentia taum generaliter ergo talis liber non est de Deo. Ad primum dico, quod veritates enunciare contingentes de Christo in nullo subiecto continentur virtualiter, sicut subiectum dicitur continere passionem: quia tunc insinuare neclarior: tamen habent aliquod subiectum, de quo immediate enunciatur & primo: illud est Verbum. Nam veritates Theologicae de Incarnatione, Passione, Nativitate, &c. sunt istae: *Verbum est factum homo*, *Verbum est hominatus*, *Verbum est homo passus*, &c. Cum dictis passio inhaeret secundum naturam humanitatis: Responde, humanitas non est ratio primi subiecti, ad quod sicut refutatio: sed est aliud passio prior, medianus inter primum subiectum illarum veritatum, quod est *Verbum*, & alias posteriores passiones, ut *natura*, &c. Patet enim, quod humanitas non potest esse ratio subiecti respectu passionis prime, que est esso incarnatum: quia illud dicunt de Verbo, non praetexte de humanitate in ipso, ut in subiecto (a) *Ad secundum dico*, quod sufficit sciens ex subiectorum parcialium attributio ad primum subiectum; qualis attributio ad Deum, potest salvari cuiuscunq[ue] materia signata per glossas adductas. Altera tamen potest dici, quod materia cuiuslibet libri est Deus, de quo ibi narratur, quomodo genus humanum gubernaverit: sed gens, vel persona gubernatrix, est materia remota: & ita intelligenda sunt glossæ tales. Per hoc patet ad tertium, quia licet esset aliquis liber nullum Dei miraculum continens: (b) tamen quilibet continet providentiam, & determinacionem Dei circa hominem in communione, vel determinatam genitum, vel personam in tantum, quod si eandem Historiam de Pharaone scribat Moses in Exodo, & aliquis Egyptius in Chronicis Egyptiorum, subiectum Historie Moyis est Deus, de quo traditur ibi gubernatio hominum misericorditer liberando Iudeos opprescos, iuste puniendo Egyptios oppresores: sapienter ordinando formans liberandi congruum, ad hoc ut populus liberatus legem gratianter accepere, potenter tot sibi propria signa

a Subiecta partialia debent habere attributionem ad primum subiectum. b Quomodo Deus est obiectum librorum biblicarum.

faciendo. Subiectum vero Historiae Historiographi est Regnum, vel Rex, vel populus Aegyptiacus, cuius et causis circa ipsos contingentes ipse intendit scribere: ita quod incidentib; tibi, quid Deus fecerat; sed principale, quid genus fecerit, vel passus sit. Principale autem est Moysi, quid Deus egerit, vel permiserit: sed quae incidentia est sibi circa quam materiam hoc concingeret. Et dato quod aliebi nullum miraculum enarretur: tamen quia Deus permisit aliis tamen secundum communem influentiam, & non impediendo, hoc principaliter intendit in libro illo, in quantum est pars Scripturae: & qualiter illud convenienter ordinatum sit ad bonum aliorum, si fuit ordinabile, vel justum punitum, si fuit malum. Hoc frequenter additur in libro eodem, vel alio, aut si permisum fuit, nec hoc punitum, non raret scriptura alibi de illo in generali quod alibi punitur.

Ad Primum argumentum primae quest. Ad hoc ipsum dico, quod loquitur ibi de subiecto accidentis, & non de subiecto considerationis. Ad aliud de secundo Phys. dico, quod intelligit de materia, ex qua, non in qua, vel circa quam. Vel melius, quod subiectum scientie secundum veritatem non pertinet ad genus causa materialis, sed ad genus causa efficientis; dictur tamen subiectum scientie materia, per quandam similitudinem ad factorem, ubi finitum concurrens ratio objecti circa quod, & ratio materiae susceptiva, qui ratio est actus transire extra: non sit est de actu proprio scientie. Tamen intelligunt transire, quia non terminatur in se, sed ad aliud, circa quod est, licet non recipiat in illo, circa quod est, sed manet in scientie. Et propter hanc proprietatem materiae, scilicet esse circa quod, subiectum dicatur materia respectu scientie, & actus eius. Ad aliud de 1. Posther. Dico quod subiectum cuiuslibet scientie naturaliter inventa est aliquod universale ideo subiectum talis scientie, oportet quod habeat partes subiectivas; illius autem scientiae subiectum est essentia haec, ut singularis, quia imperfectionis est in natura creata universalis, quod in multis singularibus dividatur: ita igitur imperfectionis ablati, remanet quod illa essentia est scilicet finis divisibilite eius in partes subiectivas. Tamen posset dici, quod persona divina sunt quasi partes subiectiva ipsius essentie divine, sed essentia in eis non numeratur. Quod autem additur de passionibus (a), dicere aliqui, quod attributa sunt quasi passione huius essentie. Sed hoc non valet, qui consideratio attributorum naturaliter a nobis intelligibilium, est consideratio Metaphysica; nisi sint aliqua attributa per se tantum convenientia huius essentiae, ut haec, & non ut a nobis nunc naturaliter intelligitur confuse. Quod autem accipitur, quod paulo est extra essentiam subiecti: haec est vera, ubi paulo est realiter causata a subiecto. Sed in divisione illud, quod habet rationem passionis, non est causatum, quia per identitatem transit in essentiam. Tamen quantum ad scilicet rationem, scilicet per essentiam rationem, ac si esset realiter distincta ab essentia. Quod tertio dicitur de principio subiecti, dico quod non oportet principia scilicet esse principia in se, ipsius subiecti, quia entis in quantum ens, quod ponitur subiectum Metaphysica) nella sua principia: quia tunc essentia cuiuslibet entis,

a. Var. lib. 4. d. 2. c. 1. q. 2.

entis, sed oportet ejuslibet subiecti esse principia, per quae demonstretur enim passiones de eo, ex quibus principii, tanquam ex mediis demonstrationi, formantur principia complexa, sicut propositiones per se, non esse. Hoc modo ejuslibet subiecti possunt esse principia quantunque in principiis respectuuarum passionalium. Ad alia secunda via. Ad primum dico, quod illa auctoritas exprimit materiam hujus scientie in communi: non subiectum primum formale. Ad aliud dico, quod quicunque sensus in una parte Scripturae non est literalis, in alia parte est literalis: & deinde iacet aliqua pars Scripturae habent diversos sensus, tamena tota scriptura habet omnes sensus istos pro sensu literali. Ad tertium dico, quod argumentum est ad oppositum, duplicitem. Primo, quia homo ponitur subiectum Moralis scientie, vel Medicinae, pro eo quod continet virtualiter omnes veritates illius scientie: nam corpus huminum continet virtualiter rationem sanitatis: ideo enim sanitas homini est talis, quia corpus huminum est sic complexionatum. Similiter anima hominis continet virtualiter rationem felicitatis naturalis, sive patet ex 1. Ethic. eo: ubi ex ratione ame concluditur ratio felicitatis naturalis hominis. Non sic homo continet rationem finis huius scientie, qui finis supernaturalis, vel objectum eius, non includuntur in ratione hominis: & ideo non potest esse subiectum hujus scientie primum. Secundo sic: Homo est finis ultimum illarum scientiarum, ad quem tam sanitas, quam rectilicetas naturalis ordinatur. Probatur, quia omnis amor concupiscentiae presupponit amorem amicitiae: sanitas autem, vel felicitas amarum amoris concupiscentiae; ideo illud quod amatur amore amicitiae, est ultorius finis, quam aliud illorum: sed illud est corpus, ex una parte, & anima ex alia: igitur, si homo secundum corpus, vel animam, est subiectum hujus scientie, sequitur, quod finis est subiectum hujus scientie. Ad quartum dico, quod prima propria est illa: quia nihil aliud est finis scientie, quam attingere per actum proprium objectum illius scientie, non quod inducat aliquam formam per actum suum in objectum, quia scientia non est aliqua qualitas factiva.

Ad primum argumentum 2. quest. quando arguitur per Hugoam & Calcidorum, dicunt, quod loquuntur, hic, non de formalis subiecto, sed de materia proxima, de qua diffusius tractatur in scriptura proprie ordinem immediatorem, quem habet ad finem. Ad secundum dico, quod Metaphysica non est de Deo tanquam de primo subiecto. Quod probatur: quia praeter scientias speciales oportet esse aliquam communem, in qua probentur in communis omnia, que sunt communia illis specialistibus: igitur praeter scientias speciales oportet esse alias communias de ente, in qua traditur cognitio passionalium de ente, que supponitur in aliis scientiis specialistibus (a). Si igitur aliqua est naturaliter de Deo, praeter istam, est alia de ente naturaliter feita inquantum ens. Cuius vero probatur, quod est scientia de Deo per Phil. Met. rex. com. 2. Dicere quod ratio ejus sic concludit: Nobilissima scientia est circa nobilissimum genus; vel ut primum objectum, vel ut consideratum in illa scientia per-

ficitur.

a. Metaphysica non est de Deo tanquam de primo subiecto. Quoniam nobilissima scientia circa nobilissimum genus.

fidelissimo modo, quo potest considerari in aliqua scientia naturaliter acquisita. Deus vero, et si non est subiectum primum in Met., et tamen consideratum in illa scientia nobilissimo modo, quo potest in aliqua scientia considerari naturaliter acquisita.

*Quia passiones entis (a) converribiles cognoscuntur in summo de aliquo ente, & passiones entis diffunduntur, nobilissimis dividens eadem competere in summo, & cognitione nobilissima naturaliter possibilis de Deo, bac autem est cognitio Metaphysica, quia cujus est considerare passionem in communis de [subjecto] in communis universitate, et eadem est cognitio eandem passionem in summo, de eodem subjecto particulariter.*

Ad commentatorem. *Pijs. dico, quod Avic. cui contradixit, bene dixit, & Commentator male. Quod probatur primo, quia si aliquae substantiae separatas esse, esset impossibile in scientia Metaphysica, & conclusum in naturali scientia, ergo scientia naturalis esset simpliciter prior tota Metaphysica: quia Philosophia naturalis ostendetur de subjecto Metaphys. si est, quod supponitur toti cognitioni scientie Metaphys. Secundo, quia per omnem conditionem effectus potest demonstrari de causa quia est, quam impossibile est inesse effectus, nisi causa sit: sed multa passiones considerantur Metaphysica, quam impossibile est inesse, nisi ab aliqua causa prima talium entium: ergo ex illis passionibus Metaphysici potest demonstrari aliquam primam causam sitorum entium esse. Minus probatur, quia multitudine curiarum, dependenti, & compotiti (b), & hujusmodi, quae sunt passiones Metaphysicae, ostendunt aliquid esse actum simplex independens, & necesse esse. (c) Multo etiam perfectius ostenditur primaria causam esse ex passionibus causarum confederatis in Metaphysica, quam ex passionibus naturalibus, ubi ostenditur primum movens esse. *Perfectius enim cognitione, & immediatior est de primo ente, cognoscere ipsum, ut primum ens, vel ut necesse esse, quam cognoscere ipsum, ut primum movens.**

Ad aliud dico, quod ratio finis non est ratio nobilissima cognitionis: sed illud, quod est finis: (d) sicut ratio fundamentalis illius respectus: deitas autem est ratio fundamentalis respectu finis, ut finis ad creatores: igitur Deus est primum objectum, quod concedo, & ita argumentum est in oppositum. Cum autem ostenditur de bonitate ex 2. Metaphys. dico, quod si per aliquam appropriationem bonitas sit fundamentum finis, tamen divinitas, est radice, & primum fundamentum ipsius. Bene autem sequitur, si nos est finis ultimus, quod non est bonum: quia si nullum est perfectum bonum, nullum est bonum: nullum autem bonum est simpliciter perfectum, quod ordinatur ad aliud, quia quod est tale, habet bonitatem diminutam: si ergo quodlibet ordinatur ad aliud, nihil est bonum. Non oportet autem bonitatem esse propriam rationem finis, sed essentia magis sit propria & fundamentalis ratio. Et per hoc patet ad dictum Avic. & Metaphys. quod non debet intelligi de his, sed de ratione fundamentali ipsius finis.

Ad

a. Addit. b. Addit. c. Perfectius cognitione primum ens, rationes Met. quam per Physicas, d. Essentia divina est ratio finis, non bonitas.

## Questio Tertia.

43

Ad tertiam questionem, videtur probabiliter posse dici, quod Theologia non est de omnibus scibiliibus: quia quidditates distinctae ab essentia divina, non est in hac essentia singularis, contento primo multas veritates de se. Quod probatur, quia per impossibile circumscriptio omni alio, si illae quidditates essent increatae, adhuc contineret tales veritates, sicut pater de linea, & de numero, quantum ad propositiones immediatas de cis. Et secundum hoc posset ponи, quod in intellectu divino efficiuntur habitus distincti scientiales secundum rationem: utpote Theologia esset quam cauferet essentia divina ut habeat in intellectu eius: Geometria autem in intellectu eius esset, qua virtute linearе esset in intellectu eius: & sic de Arithmetica virtute numeri, & sic de aliis.

Contra illud arguitur tripliciter. Primo, quia visceret intellectus divinus, pro eo quo poteret ab aliis ab essentia sua. Nam in illo instanti naturae, in quo intelligit lineam, adhuc esset quasi in potentia ad veritates cognoscendas existentes in linea, & virtute illis quidditatibus cognosceret eas: ergo linea quia effectiva imprimeret cognitionem istarum veritatum in intellectu divino: & ita linea esset motiva intellectus divini. Secundo, quia Omnis potest actuabilis a diversis objectis est per se, virtute propria eorum, primum objectum est aliquod commune eis: sed si linea virtute sui cauferet veritatem in intellectu divino, ratione & aliae res cauferent veritatem in intellectu eius: & ita primum objectum intellectus divini esset commune eis, & non est nisi divina figura. Nec oblat quod objecta alia attribuuntur ad essentiam suam. Ita enim alia entia attribuuntur ad substantiam, & tamen objectum intellectus nostri est eis. Tertio, quia essentia sua est primum objectum, pacet quod non communiate predicationis: ergo est primum secundum virtutem. Non autem est primum objectum virtualiter, si quidlibet aliud virtute propria immutaret intellectum eius. Ideo dico aliter, quod divina Theologia est de omnibus cognoscibiliibus, quia objectum primum Theologia, sicut facit omnia alia actu cognita in intellectu suo, ita quod in primo signo naturae essentia sua primum cognita in intellectu suo, & in secundo signo naturae quidditates virtualiter continentur veritates proprias: in tertio autem signo, sunt illae veritates virtualiter contenues in illis quidditatibus sibi notae: & non est ordo secundi ad tertium secundum causulationem, quasi illae quidditates cauferent aliquid in intellectu eius: sed est tantum ordo effectuum essentiarum ordinatarum, respectu ejusdem causa: puta quod essentia sua quasi prius natura causa illae quidditates sibi notae, quam veritates de eis sicut nota. Exemplum, si Sol illuminaret aliquam partem propinquam sibi, & alia pars remota non esset illuminabilis, nisi a Sole propter ejus opacitatem, Sol illuminaret partem aliam remota, non autem pars illuminata primo esset causa illuminationis secunda: esset tamen ordo inter partem propinquam, & remotam, sicut ordo effectuum ejusdem causa: & tamen non esset ordo causa ad effectum, quia pars illuminata nihil agit in partem opacam remota. Ita in proprio, haec essentia Dei in intellectu suo facit alias quidditates ab aliis notae, & quasi posterior naturaliter facit veritates illas in illis contentas, notas intellectui illi: ramen ille quidditates finitae nullam virtutem habent: respectu intellectus divini immutabili-

qua

*Prologi Scientiarum.*

quia intellectus divinus non est natus partiri ab illis quidditatibus quia ille est infinitus, & illae quidditates finitae, & infinita a finito nullus modo pertinet; ita quod si in tertio instanti nature, divina natura non moveret ad ultorem nostrum veritatem, hincus intellectus intelligent eas; quia a nullo alio motivo illam notitiam posset habere. Sic ergo Deus de omnibus cognoscibilibus solum habet cognitionem Theologiam: quia tantum virtute primi objecti Theologici actuantis intellectum eius, ita quod Theologia Dei non est tantum de omnibus, sed etiam omnis cognitione possibilis haberi a Deo de eis, & absolute ipsa est de quounque omni cognitione non includens aliquam imperfectionem ex se: quia ipsa sola de quounque cognoscibili non includit limitationem: quilibet autem alia, quia est a causa limitata, includit necessario limitationem. Sed de intellectu creatuæ Beatorum alter est, quia intellectus eorum nati sunt immutari a quidditatibus creatis ad cognitionem veritatum inclusuram in eis: & ideo prætes istam veritatem Theologiam, quam habent de illis quidditatibus ut ostensum in essentia Dei, postea habete naturalen cognitionem de eis ex propria motione eorum. Theologia igitur Beatorum de quibusunque creatis non est omnis cognitione possibilis: de ipsi tali intellectu.

Sed dubium est, an sit de omnibus, licet aliqua alia sit de quibusdam cognoscibilibus. Hic distinguendum est de Theologia in se, & de eis habitu persicis intellectu creatum beatum. Primo modo, est de omnibus scilicet, quia omnia alia nata sunt scire virtute primi objecti Theologici. Secundo modo dico, quod possibile est eam esse de quoquecumque in uno & de omnibus scilicet, quia scibilia non sunt infinita: De facto autem non habet limitationem, nisi ex voluntate Dei offensientis aliquid in essentia sua: & ideo actualiter Theologia eorum est de te, quot voluntarie Deus ostendit eis in essentia sua. De Theologia autem nostra dico, quod ipsa non est a qualiter omnia scibilium pro statu isto: quia sicut Theologia Beatorum habet terminum, ita & nostra ex voluntate Dei revolutum. Terminus autem præfixus a voluntate divina, quantum ad revelationem generali, est eorum, que sunt in facie Scriptura: quia sicut habetur in Apoc. ult. Si quis apposuerit ad hanc apponere Deum super illum plaga scriptas in libro isto. Igitur. Theologia nostra de facto, non est nisi de his, que continentur in Scriptura, & de his que possunt elici ex ipsis. De possibilius Theologia nostra dico, quod non potest esse de omnibus: tunc propter defectum intellectus nostri non potest in speciali conceperre multas quidditates (revelatio autem secundum communem legam non est nisi de his quodcum termini naturaliter possunt concipi a nobis) tunc propter defectum Theologia nostra; quia non potest esse cum cognitione evidenti de eisdem cognoscibilibus secundum aliquos: & per consequens de naturaliter nobis cognitis non potest stare Theologia nostra revelata. Tamen omnis Theologia sive nostra, sive Beatorum, sive Dei, est de omnibus entibus, quantum ad aliqua de eis cognoscibilis, scilicet quantum ad res factas, quos habent ad essentiam divinam, ut est lucis essentia. Quia respectus non potest cognosci sine cognitione aliorum extremitatum: & ita respectus, qui est ad hanc essentiam, ut hæc essentia. Quia respectus sine cognitione hujus essentiae,

*Questio Tertiæ.*

ut hæc. Sic ergo (ut vere dicatur) Theologia est de omnibus, & est omnis cognitione non includens imperfectionem. Et ideo in intellectu Dei, qui non potest habere aliquam cognitionem imperfectam, est omnis cognitione: non tamen est omnis cognitione simpliciter respectu intellectus creatus: quia præter eam, potest haberi alia cognitione de aliqua quoddam specie, movente intellectum creatum. Ipsa etiam sola est cognitione de omnibus, quantum ad aliquam cognitionem, scilicet quantum ad relisperitum eorum ad hanc essentiam, ut hæc: si camen essentia, ut hæc, terminat respectum creaturæ, & non sub ratione aliquis attributi naturaliter a nobis intelligibilis. Et hæc est forte ratio una, quare non possumus scire de intellectu creatuæ, quod ordinatur ad hunc finem, ut hæc: quia non possumus cognoscere respectum fundatum in natura intellectuali ad itam essentiam, tanquam ad suum proprium: quia nec extremum, alii quod est respectus; ideo nec rationem imaginis respectu illius naturæ in se habet Sancta loquuntur de imagine. Ad primum argumentum dico, quod concludit de Theologia, non in se, sed prout traditur in facie Scriptura, & de hac loquuntur Augustinius.

*QUESTIO IV. & V. LATERALIS.*

*Utrum Theologia in se sit scientia, & utrum sit scientia fabulariæ vel fabulariæ?*

Juxta hoc quarto, Utrum Theologia in se sit scientia: & utrum ad aliquam scientiam habeat habitudinem aliquam subalternari, vel subalternari? Ad primum dico, quod quartus includit scientia stricta sumpta, scilicet quod sit cognitione certa, hoc est, obiecte deceptione, & dubitatione, & de cognito necessaria causata a causa evidente intellectus, applicata ad cognitionem per discutendum tylogicum. Hac apparent ex definitione Scire primo Postulatum. Ultimum, scilicet causatio scientia per dicendum a causa ad scientiam, includit imperfectionem ex parte scientia: scilicet quod sit effectus aquivocus, & etiam potentialitatem ex parte intellectus recipiens: ergo Theologia, in le non est scientia, quantum ad ultimam conditionem scientie: sed quoniam ad alias tres conditiones est scientia in se, & in intellectu divino. Utrum autem scientia sit quantum ad quartam conditionem in intellectu Beatorum, dubium est. Et videtur, quod non, per Augustinum, decimo quinto de Trinitate cap. 16. Postasse (inquit) non erunt ibi velubiles nostre cognitiones ab aliis in alia eunt, atque redeunt, sed scientiam nostram unicam inservientibus: ergo intellectus Beatorum non differt: & ita non habent scientiam, quantum aditam quartam conditionem. Sed oppositum videtur, quia quidditas subiecti in quoconque lumine videtur continet virtualiter veritatem, quas potest tacere nostis intellectus passivo a tali objecto: Si igitur quidditas linea vita in lumine naturali, potest nos facere veritatem in le inclusus intellectus nostro, passione, & ut vis in essentia divina: sed omnis veritas causatur per discursum: quia discussus non requirit successionem temporis, nec ordinem ipsius, sed

Iod ordinem naturae taliens, quod principium discursus sic naturae p̄ius notum, & ut sic, sic causativum alterius extreni discursus. Hoc potest concedi, videlicet quod Beatus vere potest habere scientiam Theologiam, quantum ad omnes condicione scientia; quia omnes condicione scientia vere concurrit in cognitione Beatorum. Autoritas Augusti non cogit, quia loquitur dubitative, & cum forte, nec illud intendit afficeret, sed quod verbum nostrum non sic aquale verbo Dei, quantumcumque verbum nostrum sit perfectum. Similiter potest exponi auctoritas Augusti de visione beata, quae respicit tantum essentia in Deo.

Sed Aliud dubium (a) est in ista questione, qui sicut ad Theologiam pertinent necessaria, sic & contingentia. Quod patet de Theologia nostra, quia omnes articuli incarnationis sunt de contingentibus. In Theologia etiam Beatorum patet, quia omnia cognoscibilis de Deo in respectu ad creaturas extra (b), sunt de contingib; s; de contingib; autem non videtur possit esse scientia, ex diffinitione scientie: ergo non videtur, quod Theologia, ut extendit se ad omnia ista contenta, possit habere rationem scientia, sive cum discursu, sive non. Hic dico, quod in scientia perfectionis est, quod sit evidens & certa. Nam scientia est habitat necessario verus (c), ita quod idem manens non potest esse, quandoque verus, quandoque falso: Sicut nec quondamscientia, quandoque non scientia (d). Ergo necessario est objectum necessarii; et quod necessitas non tantum est conditio objecti, immo intrinseca ipsi habitat: Non quidem quod ille non possit corrupti per obliuionem, sed quod non potest esse verus, & falso: Et oratio potest esse falsa manens eadem, que prius fuit vera, igitur ab solito contingentis non est scientia, sed perfectissima cognitionis est: quia determinata veridica est visio & quia de veritate est visio veridica, que non manet objecto non presente in se, sicut scientia nostra, vel nostra Metaphysica manet non presentis objecto & quia est per abstractionem ab existenti objecti: quare patet: huius habitat praeminentia. Dic ergo: Theologiam esse de necessariis, de possibili, (quia) quod Deus est creator, vel suscipiens naturam nostram, sic intellegendo, quod in iunctum secundum potentiam, sic sunt necessaria: quantumvis ea ponit in effectu non sunt necessaria: non enim est necessarium, Deum creare; sed est necessarium creare. Similiter de prædictis: Deo est credendum de promissione expectatione; Deus est amandus; Deus est voluntarius; Sed istarum prædictorum necessiarum (videtur teriam) sunt mere Theologica condicione: Tertia quodammodo est naturaliter nota, sicut quedam speciebus alia necessaria sunt mere Theologica, ut Deus est trinus: Quadam naturaliter nota, ut Deus est omniscientis. Quod autem sit de necessario objecto, haec est conditio objecti, non cognitionis; quia quantumcumque scientia sit de necessario, ipsa in se potest esse contingens & per obliuionem deleri. Si igitur aliqua alia cognitionis est certa, & evidens, & quantum est de se perpetua, ipsa videtur in se formaliter perfectior, quam scientia, que requirit necessitatem objecti. Sed contingencia, ut

a. Dubium secundum. b. Et ex 7. Metr. t. c. 53. c. Addit.

pertinet ad Theologiam, nata sunt habere cognitionem certam, & evidenter, & quantum est ex parte sui, evidentiam perpetuan. Hoc patet, quia omnia contingentia Theologica sunt natae videri in primo objecto Theologico, & in eodem nata est videri conjunctio illarum veritatum contingentium. Visio autem extrenorum veritatis contingentis, & unione eorum, necessario causat evidenter certitudinem de tali veritate evidente. Quantum est etiam ex parte objecti Theologici ostendens talia vera, nata sunt videri in tali objecto perpetuo, quantum ex est: ignor contingencia ut pertinet ad Theologiam, nata sunt habere perfectorem cognitionem, quam scientia de necessariis acquisita. Sed nūquid etiam cognitionis est scientia? Dico, quod secundum illam rationem scientia postiam est primo posteriorum (a), qua requiri necessitatem objecti, non potest de eis esse scientia: quia cognoscere contingens ut necessitatem, non est cognoscere contingens, tamen secundum quod accipit Philosophus scientiam. Et b. ut dividitur contra opinionem, & suspicionem, bene potest esse scientia: quia est habitus, quod determinat verum dicimus. Magis tamen proprie potest dici, quod Theologia secundum se est sapientia: quia de necessitatibus contentis in ea, ipsa habet evidentiam, & necessitatem, & certitudinem, & objectum altissimum, & perfectissimum. Quantum autem ad contingentia: haber evidentiam manifestam de contingentibus in objecto Theologico ut in se vobis, & non habet evidentiam mendicatam ab aliis prioribus: Unde notitia contingentium (ut habetur in ea) magis aliquantum intellectui principiorum, quam scientia conclusionum.

Ad Secundum questionem dico, quod haec scientia nulli subalteratur. Quia licet subjectum eius possit aliquo modo contineri sub subjecto Metaphysica: nulla tamen principia accipiunt a Metaphysica; quia nulla passio Theologica demonstrabilis est in ea per principia omnis, vel per rationem iunctam ex ratione eius. Nec ipsa aliam sibi subalternat: quia nulla alia scientia accipit principia ab ipsa. Nam qualibet alia in genere cognitionis naturalis, habet resolutionem suam ultimam ad aliqua principia immediata naturaliter nota.

Contra, resolutionem non stat in cognoscibilibus, nisi ad perfectissimum cognoscibile, nec de eodem, nisi ad seipsum ut perfectissime cognitum: linea autem perfectius cognoscitur in Verbo, quam per motionem sui ipsius: ergo resolutione conclusionum de linea non stat ad quidditatem lineas, vel ad principia de ipsa, nisi ut videntur in Verbo: illa autem habetur per Verbum vatum: ergo resolutione ultima quarumcumque conclusionum, & principiorum, stat ad visionem Verbi; igitur ista subalterna alia noticias, quibus omnibus dat evidenciam.

Ad hoc respondendo, quod esti Metaphysicus cognoscens distinet quid. ditate lineas, vel totius, perfectius cognoscere aliquod principium immediatum de linea, vel de toto, quam Geometra, tantum confusa cognoscens lineam, vel totum: tamen Geometra est illa proprietas immediata per se nota, nec probatur per istam Metaphysici, sed ex conce. pto confuso terminorum: sic complexio evidenter vera: sed tamen Metaphy-

a. Cap. 3. 5. inde.

taphysicus candem per se notam perfectius cognoset : & hoc magis est evidens, si tantum per diversa motiva, vel media cognosceretur linea a diversis, & aque distincte ex parte obiecti, licet non eque clara.

Ista proposito, principium immediatum de linea potest esse evidens intellectui nostro a linea, & clarus evidens intellectui moto, a Verbo ad notitiam lineae, sive linea clarius videtur : tamen principium uno modo cognoscere non demonstrat se alio modo notum, sed utroque modo est prius notum, scilicet clarus sic, vel sic subalternatio autem requiri, quod notitia principiorum scientia superioris, si causa notitiae principiorum inferiorum scientie. Hoc de Theologia in se.

Sed quid de Theologia nostra (a) ? Esaï ne subalternata est talis notitia, datur alicui vel si est data? Ad hoc dicunt quidam, quod est subalternata: subalternata enim scientia Dei, & Beatorum. Contra hoc arguitur sic: illi alibi ponunt, quod scientia non potest stare cum fide: sed nra dicunt, quod que est subalternata, stat cum fide: ergo scimus eam. & non fas: agitur contradicunt fibi. Praterea scientia de Deo non potest esse nisi una: igitur nulla est subalternata (b). Praterea scientiam secundum rationem causae non dependet nisi obiecto, vel subiecto, vel lumine: sed respectu intellectus operari, vel Beatorum nullam habet rationem causae: ergo, &c. Praterea scientia subalternata non fuit primo de eidem ratione, vel praeclavis sciendi: hoc patet, quia ubi subalternata incipit, ibi subalternata desinit. Sed hoc potest esse de eisdem, de quibus est scientia Beatorum: ergo, &c. Prescire habens scientiam subalternam, potest habere scientiam subalternantem, & converto: sed in proprio est impossibile utrumque: ergo, &c. Major patet, quod utrumque: primo, quia habens principia de conclusione, potest scire conclusionem. Similiter, potest secundum, quia principia subalternantia sunt universaliora. & sic ordine cognitionis intellectuali, prius nota: quia ibi secundum quod bonus: non proceditur a magis notis, sed a non bono. Minor etiam patet quod utrumque membrum, quia sicut viator non potest clare vide, sic Beatus non potest habere fidem.

## Q U A S T I O Q U A R T A.

Utrum Theologia sit practica?

**Q**uod non, arguitur, Jo. 20. Hoc autem scripta sunt, ut crederis: sed credere est speculativum, quia ei succedit visio: ergo, &c.

Praterea practica ponitur esse circa contingens (c), rectio de anima, &c. 1. In proximis: sed obiectum hujus scientiae non est contingens, sed necessarium: ergo, &c. Item Boetius de Trinitate, assignat tres partes speculativa, quantum una est Theologia secundum eum, & quod loqua-

a. Addit. D. Tho. 1. p. q. 1. ar. 2. & 2. 2. q. 1. ar. 5. b. Hac clarior in rep. quest. 2. prolo. & in 3. d. 2. q. c. T. c. 146. & q. idem 6. Ethic. l. 1. c. 2.

tur de ista, videtur, quia subdit ibi, de subiecto illius, quod subiectum eius est prima substantia, de qua dicit, quod substantia Dei, materia caret. Item, omni practica aliqua speculativa, sit nobilior: nulla autem est nobilior illa, ergo, &c. Propositio prima, tum, quia speculativa est sui gratia: practica vero gracia usus: tum quia speculativa est certior, primo Metaphysice. Item, hec inventa est omnibus necessariis existentias, propter fugam ignorantie (a). Quid apparent, quia sollicitudo circa necessaria impedit ab inquisitione hujus doctrinae: ergo ipsa est speculativa: sic enim arguit Philoponus. Metaphysice, quod Metaphysica, est speculativa (b). Conta ad Roman. 13. Finis legis est dilectio. Item Matt. 22. In his duobus praeceptis tota lex penit. & Propheta. Itē Aug. de laude charitatis: Ille tenet quidquid licet, & quidquid patet in divinis servitibus, qui charitatem servat in meritis. H̄ autem auditors probant, quod illa scientia non est praecise proper speculari: speculativa autem ultra speculari nihil requirit, secundum Avic primo Met.

Secondo quarto (c), utrum ex ordine ad praxim, ut ad finem, dicatur per se scientia practica (d). Arguitur, quod si, tertio de Anima, dicit Philoponus: intellectus extensio sine prædictis, & differt a peculiaře fine, Item primo Metaphysice. Practica est minus nobilis, quam speculativa (e), quia est gratia usus. Hoc argumentum non teneret, nisi ulius esset per se finis illius habitus. Item secundo Metaph. Finis speculativa veritas, practica autem opus. Conta 6. Metaph. distinguit Philoponus. (f) practicas a speculativis penes objecta, & non penes finis; sicut patet ibi. Distinguit enim scientiam (g) tan activam, quam factivam a speculativa, penes objectum. Item 6. Estib. distinguit ratiocinativum a scientifico (h) penes objectum necessarium, & contingens: & tertio de Anima, assignat objectum practica bonum (i); non quadruplicem, sed agilem, & contingens: ergo scientia est practica per se ex objecto, non igitur ex praxi, ut a fine.

Ad illas qualitates solvendas accipio unum generale, quod ab omnibus concedetur: quod habitat practicus, aliquo modo extenditur ad praxim. In speciali igitur primo videndum est, quid sit praxis, ad quam dicitur cognitio practica extendi. Secundo, qualiter cognitio practica extendatur ad ipsam praxim. Tertio, a quo cognitio habet tales extensiones.

Dico igitur primo, quod praxis, ad quam cognitio practica extenditur, est actus alterius potentie quam intellectus, naturaliter posterior intellectione, natu eliciti conformiter rationi recta, ad hoc ut sit actus rectus. Prima conditio appetit, quia stando praecise in actibus intellectus, nulla est extensio intellectus, qui non extra se extendit, nisi ut actus eius resipicit actum alterius potentie. Et si dicatur, unum actuū intellectus extendi ad alium directum per illum; Non propter hoc, secundus est praxis, ut modo loquitur, nec primus est cognitio practica, quia tunc Logica est practica, quia dirigit in actibus discutendri. Secunda conditio patet quia actus non habentes ordinem

Totius.

D

ad

a. In prolo. b. In prolo. c. Cap. 1. d. T. c. 49. e. In prolo. f. T. cap. 3. g. T. c. 2. h. Cap. 2. i. Z. c. 1.